GODEFRIDUS BABION
12. Jh.
Seite 75r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26227
Copyright: Admont, Benediktinerstift

pentis — — homo in dampnatione mortis cecidit. Conuenient
quidem ad significationem ipsius mortis serpens exaltatus est in lugno.
Quid quoque ibi pependit nisi mors domini. Hic est serpens moysi quem deuo
rauit serpentes magorum pharaonis. Hic est serpens quem expauit
moyses et fugit. dno enim iubente priet virgam in manu. quam uersam in
colubrum fugit. sed iterum percipiente dno tenuit caudam eius. quae re
uersa est in uirgam. Virga diuinitatis est potestas. serpens uero
mortalitas. quem enim per serpentem mors intrauit. per eumdem recte
mortalitas significatur. Virga quoque in serpente xpc est in morte. Expauit
moyses et fugit. quia mortuo xpo expauerunt discipuli aspectum quem fue
rant recedentes. secundum illud. Defecerunt oculi mei spando m
deo meo. et item. Considerabam ad dexteram et uidebam et non erat qui cognosceret me.
Ysaias. Torcular calcaui solus. et de gentibus non erat uir mecum. Sed apprehen
sa cauda reduit serpens in uirgam. quia quem primo occasio postea pati
tus omnibus adiudicauit prius fuerat resurgendo et reuelans quia per resur
rectionem innotuit diuinitatem mortem ostumpta nichilo
serpentis apparuit. Vnde per resurrectionem atque. Data est mihi omnis
potestas in celo et in terra. et apostolus. ob humilitatem passionis eum ex
altatum dicit. et donauit illi nomen quod est super omne nomen. ut in nomine iesu
omne genu flectatur omnium potestatem. sed quod antea habebat in occulto per
resurrectionem positum est meuidenti. et sic serpens redit in
uirgam. quia mortuus innotuit diuinitatem. Ergo serpens erat mortali
tatis. et eneus et uirga diuinitatis in omnipotentia. Hec uirga prefecta
in tiram et serpens facta. deuorauit serpentes magorum egiptiorum
quia dei filius caro factus est per gloriam suae dignitatem factus obediens
usque ad mortem. per quam mortem carnis. serpentes diri uenenum eiu
cuauit. et mortem. mortisque aculeum obsupsit. sed illud. ero mors
tua o mors. et morsus tuus ero inferne. Et in uirga moysi quae egiptus sub
iicitur et pharao superatur. xpi crux intelligi. quam mundus uincitur.
et princeps mundi cum principatibus et potestatibus expugnatur. Ser
pens uero per sapiam poni solet. vnde ecclesiastes. p. s. s. et. sic. c. et alibi.

et prudencia